


vel cantûs detractoria aut saltem  
vana ab aliquibus colloquia mi-  
sceantur : Neque enim appro-  
bandus videtur eorum Parocho-  
rum mos & consuetudo , qui di-  
misso cum Cruce & vexillis po-  
pulo ipsi in loco peregrinationis  
remanent cum amicis ibidem  
pransuri.



## CAPUT XIV.

### *De Conversatione.*

#### §. I.

*De Qualitatibus, quas Conversatio  
Parochi habere debet.*

**P**Ræter ea , quæ suprâ diximus  
de fugâ Conversationis sæ-  
cularis, addendum hic est, quod

M

Con-

Conversatio Parochi debeat esse  
*Rara*, ne familiaritas contemp-  
 tum pariat; *Brevis*, ne in sæcula-  
 rem degeneret; *Castà*, & ab om-  
 ni loquendi modo, qui speciem  
 alicujus impuri affectûs præferre  
 possit, quàm longissimè remota;  
*Gravis*, quæ sæculares jocos, ver-  
 ba ridicula & nugatoria non  
 contineat; *Suavis*, & sine ver-  
 borum aculeis, convitijs & con-  
 tentionibus: *Servum enim Do-*  
*mini non oportet litigare, sed man-*  
*suetum esse ad omnes. 2. Timoth. 2.*  
 Inprimis verò advertendum est  
 Parocho, quibus cum converse-  
 tur: Sunt enim duo hominum  
 genera, quæ à suâ conversatione  
 arcere debet: Primum est fæmi-  
 narum extranearum, cum hisce  
 enim

enim non  
 tis inevitab  
 viffimè, &  
 lico, in præ  
 fti viri, u  
 modo confu  
 nus est eo  
 apud prob  
 iuxta illud  
 pot. Tales h  
 contubernio

De Modo c

Cum Pa  
 fit bra  
 cendos Dy  
 festis loco

enim non nisi in casu necessitatis inevitabilis loquendū est brevissimè, & quidem in loco publico, in præsentia alicujus honesti viri, ut Parochi famæ hoc modo consulatur. Alterum genus est eorum virorum, qui apud probos malæ famæ sunt, juxta illud S. Hieronymi ad Nepot. *Tales habeto socios, quorum contubernio non infameris.*

---

§. II.

*De Modo conversandi cum Præfectis locorum.*

Cum Parocho sæpissimè opus sit brachio sæculari ad coercendos Dyscolos, ita cum Præfectis locorum & Magistratibus

conversari studebit, ut eorum  
 animos nunquam non propensos  
 sibi habeat & addictos, juxta il-  
 lud monitum S. Francisci Xave-  
 rij; *Oppidorum Præfectis dicto au-*  
*diens eris, obsequioque omni, quo-*  
*ad ejus fieri potest, familiaritate de-*  
*vincies eorum animos; neque ullâ*  
*de causâ quamvis justâ in eorum*  
*offensionem atque odium incurres.*  
 Et Eccli. 38. *Honora Medicum prop-*  
*ter necessitatem.* Potest verò hæc  
 cum locorum Præfectis amicitia  
 & propensio acquiri & conser-  
 vari. Primò si Parochus quan-  
 tum Statûs illius ratio permittit,  
 coram illis se non nihil humi-  
 liet, & dictis factisque fidem fa-  
 ciat, nihil sibi esse potiùs, quàm  
 illis in omnibus gratificari. Se-  
 cundò

cundò si in  
 rificè de  
 tiones eoru  
 dentiam ex  
 trahentibu  
 potest, mo  
 let. Tertiò  
 quam anim  
 lis advertit  
 ne conven  
 tiam ostend  
 ut malevol  
 dem tam f  
 lint, per m  
 ut averfion  
 tollantur  
 agant, si e  
 dicatæ fue  
 rur  
 F

cundò si in absentia valdè honorificè de illis loquatur, dispositiones eorum commendet, prudentiam extollat, & coram detrahentibus illos meliori, quo potest, modo defendat & excuset. Tertiò si, quam primùm aliquam animi alienationem in illis advertit, eos in mansuetudine conveniat, suam innocentiam ostendat simulque roget, ut malevolorum relationibus fidem tam facilè præbere non velint, per magni siquidem refert, ut aversiones animorum maturè tollantur, priusquam radices agant, si enim semel firmiter radicatæ fuerint, nullus dissidiorum & diffidentia

erit

F I N I S.